

Ab. 127.
29.



Disputatio X.

DE PAVPERIE

ET DAMNO INIVRIA
DATO

De his qui deiec. vel effud. & de
noxal act.

Q V A M

Deo benè fauente

PRÆSIDE

Ortolpho Fomanno V.I.D.

& P.P.P. in inclyta Salana

Ad XV. Septembris

*Publicè examinandam proponit, & propugnare
conabitur*

Ioannes Lobhartzberger Glacensis

Sil.



I E N Æ

Imprimebat Tobias Steinman,

Anno c1c 1s IC.



Clarissimo & Consultissimo

viro rerum vsu & autoritate præ
stantissimo

Dn. VALENTINO FRANCO

Nobilium in Illustrissimo Ducatu Monster
bergensi & Diæcesi Francosteinensi Syndico
fidelissimo, amico & fautori suo
colendissimo.

In debite obseruantia testimonium

Mittit & submittit.

Ioannes Lobhartzberger.



I.



Actio de Pauperie locum habet, quando quadrupes pecus sponte sua & proprio motu absque vlla extrinsecus oblata causa contra naturam sui generis pauperiem fecit.

De Pauperie, lib 3 c 1 35 f 75

II.

Pecus est, quod gregatim pascitur, agriculturae inferuit, & hominum labores subleuat. Hinc noscitur, quare de suis dubitatum fuit, an pecudis appellatione continerentur. Canis quidem quadrupes pecus non est, ad illum tamen actio extenditur, ut & ad quoduis animal, usque ad anserem & gal- lum. Si fera bestia damnum dedit, utilis com- petit.

Causa efficiens. lib 3 c 1 35 f 73

III.

Si culpa, instigatu vel dolo hominis quadru- pes damnum dedit, cessat actio & dabitur Aquilia.

lib 3 c 1 35 f 72

IV.

Qui à cane feroce in taberna ligato laesus est, nul- lam actionem habet: non quia aedibus inscriptum est: Caue canem, nec tantum quia canis ligatus fero- cior est quam solutus, sed quia animal domesticum est, ad custodiendam domum apprimè utile & neces- sarium.

lib 3 c 1 35 f 72

Domi-



V.

Cul datur.

Domino datur & ei cuius interest : vt com-
modatario & fulloni, quibus tamen Aquilia non
datur. Facilius enim providere possumus, ne qua-
drupes pauperiem faciat, quam ne homo damnum
committat.

VI.

*Aduersus
quem.*

In custodem non datur, sed in dominum, & qui-
dem eum qui nunc est.

VII.

Si animal ab alio animali sit concitatum, eius
nomine quod concitavit agendum est. In dubio su-
perstes prouocasse prælumitur.

VIII.

Effectus.

Regulariter alternatiuè petimus, aut dari id
quod nocuit animal, aut æstimationem noxiæ of-
ferre.

IX.

Valet consuetudo & statutum, vt animal brutum
& irrationale delinquens poena mortis adficiat-
tur: puta si hominem interfecerit, coitum humanum
admiserit. Et qui ex tali inhumano coitu nascuntur,
ab omni successione & ab omnib. dignitatib. sunt re-
pellendi.

X.

*De lege
Aquilis.*

1. l. 3. c. 1.
35 f. 3

Damni iniuriæ actio vetustissima ab Aquilio
Gallo Tribuno plebis introducta, competit, quando
homo culpæ capax in corpore rei ^{et 35 f. 3} alienæ æstimabilis
citra culpam illius ^{et 35 f. 12} nullo suo jure aut necessitate, nul-
lo metu dictus, nec casu, sed sponte sua certum &
pecuniarium damnum iniuria dedit.

XI.

Homo inquam, siue seruus siue liber: quod ad mi-
nores

257-10.
nones quoque Magistratus extenditur, eorumque, officiales & lictores, ubi de summa illorum iniuria & atrocitate violentiae constiterit. Nam regulariter praesumptio militat pro Magistratu. Imò quem iuste capiunt, resistentem impune occidere possunt, fugientem vulnerare quidem, sed non occidere possunt.

XII.

Mente captus & proximus pubertati culpae sunt capaces. Furiosus non tenetur de eo quod in furore deliquit. Is verò qui post delictum furiosus fit, omnino tenetur.

34 in fante lib 3. c
f 35 f. 12

XIII.

Liber homo ad hanc quoque actionem pertinet, etsi nullius sit, nec etiam sui ipsius: unde nec ad carcerem se obligare potest.

lib 3. c. 1 35 f 59

XIV.

Rei alienae inquam. Neque enim cum se ipso quis litigabit. Nec tamen nego, quem criminaliter puniri, si quid violentius in se fecerit.

1 35 f. 17

XV.

Quid si res nullius sit, vel iure gentium communis? Nulla actio est. Ita ubique venari, piscari licet & aucupia facere. Sed recte princeps prohibet: priuatus in suo tantum prohibet, cui iuri prohibendi praescribi potest, quo praescripto nihil ei praeiudicatur, etsi dominus in suo fundo eingehege fecit ex speciali concessione principis siue superioris. Qui verò prohibitus venandi aut aucupandi gratia ingreditur iniuriarum tenetur, variisque modis puniri potest ad mortem usque: sed Aquilia non conuenitur, nisi ferae alicuius propriae sint, quod tum fit, si muro

A 3

vel



vel sepimento sunt inclusa, vel talis est sylva, ut longè euagare nequeant.

XVI.

Qui furcas quas aduersarius de facto erexit, excidit: vel aliàs quod in suo ædificatum est, sustulit, iure suo damnum dedit.

XVII.

Qui iusto metu ductus arcendi incendij gratia vicinas ædes demolitur, non tenetur Aquilia: sed omnes vicini pro illarum reparatione in commune contribuere debent, nisi ad illas ignis iam peruenit.

l. 3. c. 1. 35 f. 18

XIIX.

Fortuitum damnum quod nulla præcessit culpa, excusationem meretur. Incendium in dubio non præsumitur fortuitum, sed culpa inhabitantium commissum.

d. 1. 35 f. 20

XIX.

Si fune rupto aut cum à nullo regeretur navis incurrisset, cum domino agendum non esse verius est.

XX.

Obedientia Magistratui debita excusat, cogere vero non potest subditos ut cum extra necessitatem pacis publicæ pacem componit, illi sua quoque damna remittant.

XXI.

Qui misericordia ductus seruum compeditum soluit, ut fugeret, prætoria in factum actione tenetur. Imò commentariensis punitur ea poena, qua reus principalis punitus fuisset. Mortis autem poena affi-

l. 3. c. 1. 35 f. 70

afficiendi sunt rei, qui carcere effractio effugiunt.

XXII.

Qui pro alio repraesaliatur, quod in casu denegatae justitiae fieri aequissimum est, actionem legis Aquiliae non habet.

XXIII.

Pro virgine stuprata non datur ista actio, nec ad impensas puerperij soluendas. Parens tamen auditur, si hoc nomine velit agere, quod eam virginem, cum esset formosissima filia, parua elocare potuisset dote, ipsi nunc vitatae non nisi multa pecunia in dotem data virum inuenire possit.

XXIV.

Si incertum damnum est, sed futurum timetur, vincere quidem debeo, sed condemnationis exactio differetur; ut si deletum chirographum mihi esse dicam, in quo sub conditione mihi pecunia debita fuerit, & interim testibus quoque id debitum probare possim, non modo super debito principali conditionis futurae sententia ferri debet, sed etiam contra delentem condemnatio legis Aquiliae competit. Atque ita in triplici sensu l. in lege Aquilia 40. ff. ad l. Aquil. non accipitur.

XXV.

Qui lapidem projicit aduersus canem & hominem transeuntem occidit, Aquilia tenetur, Cornelia non tenetur. Sic poenae l. Corneliae non est locus si quis mandauit hominem vulnerari & protestatus sit ne occidat, & nihilominus mandatarius occiderit. Si quis Titium occidere volens Sempronium occidit, non modo lege Aquilia, verum etiam Cornelia deficiarijs tenebitur.

Si

1.63 c. 1 35 f. 39

d. 1. 39

d. 1. 35 f. 40



XXVI.

Si ad torneamenta, & publicos ludos vocantur, qui atavos vel tritavos, utriusq; sexus pari nobilitate numerare possunt, si quis se immiscuit, qui genus suum tam altè repetere non potest, ipse quidem impune occiditur, verum nec occidere nec vulnerare potest.

XXVII.

Ira & ebrietas & somnus damnum l. Aquiliæ non excusant.

XXVIII.

Vicinus vicino de incendio tenetur. Num etiam conductor locatori? Maxime, licet leuissima culpa eius vel familiæ incendium ortum sit. Nec opus est certi hominis culpam demonstrari.

XXIX.

Medicus qui curationem protraxit, aut susceptam dereliquit, Aquilia tenetur: nec gratis mederi cogitur. Ac quamuis obstetrici par sit, nostri tamen Medici Doctores maius salarium habere debent, quod in fine curationis accipiant: pro quo agrum quoque curare debent, si in continenti nulla ipsius aagri culpa ex iisdem causis in pristinum morbum incidit.

XXX.

Cuius imperitia aeger mortuus est Aquilia tenetur, & extra ordinem puniendus est: etiam capitaliter si dolus interuenit.

XXXI.

Quæ de Medico dicuntur, ad Iudices non sunt extendenda, ut & illi propter imperitiam Aquilia teneantur.

XXXII.

Patencia quidem & scientia culpæ adnumeratur, sed

*si se culpa corbu
7 pmo incen etum
excitatum lib 3. c
35 f. 20
a secundum
Fachin. lib. 1.
cont. c. 87
9 diffinitio 27. 35 f. 27.
10 secundum Fachin.
d. c. 87 a quo diffinitio
2. fol. 27.*

10
sed non inde sequitur quod quis teneatur extraneum defendere.

XXXIII.

Consilium, mandatum, opera, culpæ adnumerantur, & actionem istam pariunt.

XXXIV.

Summè notandum est, quod qui cum se defendere necesse habent & aliter tueri non possunt, damni culpam dederint, innoxij sunt. Necessaria enim defensio iuris naturalis est.

l. b. 3. c. t. 35 f. 45

XXXV.

Vnde si iussus à potente, cui ob periculum mortis cominus proueniens, nisi paruisset, nihil poterat denegari, interfecisset quempiam alium, etsi sibi minime alias molestum aut insidiantem, ordinaria pœna l. Corneliæ non coercetur.

XXXVI.

Necessaria autem & iusta defensio est, si quis in summo periculo vitæ constitutus, quod aliter declinare non potuit, in continenti se defendit, quantum defendere necesse habuit.

XXXVII.

Periculum vitæ attenditur: non vtrum quis provocatus fuit. Hoc enim ad planè tollendam pœnam cædis nihil facit.

XXXVIII.

Ad periculum vitæ probandum terror armorum, nonnunquam minæ sufficiunt. Igitur primum ictum expectare non oportet.

XXXIX.

Fugere an quis teneatur, si fugere possit, videbimus.

XL.

Qui vult se defendere in continenti faciat,

B

Qui

XLI.

Qui cum potuisset apprehendere, vel vulnerando se defendere, maluit occidere, Aquilia & Cornelia tenebitur.

XLII.

Paritas armorum an requiratur, iudex æstimabit.

XLIII.

Qui inter defendendum excessit defensionis moderamen, vel in minimo, Aquilia tenetur: sed in lege Cornelia arbitraria poena sufficit.

XLIV.

Necessariam defensionem non potest allegare is, quæ occidere licet, ut est bannitus. Filius etiã adversus patrem, & servus cõtra dominum repugnare non debet; neque vxor contra maritum, aut discipulus contra Præceptorem, nisi nimia & evidens sit eorum sæuitia, & certum sit quod animum occidendi habeant, quod in dubio non præsumitur.

XLV.

Pro defensione rerum occidere inuasorem non licet, etiam si res aliter defendi non possunt: nec tamen iusta Principum bella improbantur. Imò nec fur, quatenus fur est, occidi potest, siue sit diurnus siue nocturnus; multo minus debitor de fuga suspectus, qui nec carceri mancipandus est. Sed nec pro simplici defensione honoris occidere possumus. Pro defensione parentum, liberorum, coniugis & amicorum occidere licet.

XLVI.

Datur hæc actio domino, legatario, fructuario, bonæ fidei possessori. Commodatario non datur. Liber homo suo nomine utilem habet. Pater pro filio

lib 3 c. 1
fol. 61. Cui datur. 35

filio vulnerato, vxor quoq; & liberi pro coniuge & parente occiso vtilem habent operarū nomine, quibus nunc carent & in posterum carituri sunt. Debitori & creditori pignoris datur. *d. t. 35 f. 64*

XLVII.

Contra illum qui culpabilis est, etiam aduersus coniugem. Aduersus falso confitentem datur, si modo damnū datum est. Si verò iudex, vt reus fateatur delictū, impunitatem ei promisit, postea confessū damnare non potest, nisi in ea confessione perseuerauerit. *Aduersus quem.*

XLIIX.

Si non constiterit ex cuius vulnere seruus obierit; omnes de occiso Aquilia tenentur: nec vnus solutione ceteri liberantur: In lege Cornelia omnes quibus occidendi animus fuit, gladio puniuntur: deficiente eiusmodi animo arbitrariè coercentur.

XLIX.

Hæredi cæterisq; successoribus datur: In hæredem cæterosq; successores non datur, neque illo etiam casu, quando nihil vltra damnum petitur.

L.

Veniunt in hanc actionem impensæ quæ pro curatione fiunt, & operæ, quibus in posterum quis cariturus est. Ideo vt constare possit de damno corpori liberi hominis dato præsentis & futuro Medici & periti Chirurghi adhiberi debent. Et in damno æstimando in primis spectari oportet vitæ genus hominis læsi, puta illius opera & artificium, cuius item sit ætatis, vt æstimatio fiat iuxta supputationem l. hæreditatum ff. ad l. Falc. In summa tota rei æstimatio in hanc actionem venit, sed res æstimatur cum suis qualitatibus, secundum quod emi vendique potuit. *d. t. 35 f. 62*

lib 3 c 35 f 52

lib 35 f. 66 R
smj

lib 35 f. 54

in loco iudicij homini scienti qualitatem rei vendendę. Cum mune enim interesse spectatur non affectio: & quidem omnis damni emergentis, lucri cessantis & interesse extrinseci habetur ratio: ideoq; futurum tempus in considerationem venit; & ut una re perempta etiam cæterarum, quæ non nisi coniunctæ usui esse possunt, damnum sarciatur. Deformitatis & dolorum nulla ratio habetur.

LII.

Dies damni dati in libello ponendus est.

LII.

Id notabile est, quod Aquilia dicitur habere oculos retro: quò fit, ut non puniatur qui animal pretiosissimum occidit, sed qui minus preciosum siue depreciatum.

LIII.

Nam si ex primo capite agatur, ob alienum seruum vel pecudem occisam, quanti res toto eo anno continuo plurimi fuit, tantum æs dare domino reus condemnatur: si ex tertio capite ob cætera damna, quanti plurimi retrò per 30 dies fuit.

LIV.

Vulneratus si statim moritur, ex vulnere mortuus præsumitur, nec opus est inquirere, utrum vulnus lethale fuerit: quia aliud alij mortiferum esse solet. Sed si post interuallum moritur, interest utrum vulnus fuerit lethale nec ne. Nam si lethale est de occiso vulnerans tenetur, etiam si vulnerans præceptis Medicorum non obtemperat: si non est lethale, sed ex accidenti casu sine vulnerati culpa fit lethale, vulnerans tenetur de occiso: sed si culpa & ne-

negligentia vulnerati vel Medici lethale fit, non de occiso, sed de vulnerato tenetur. Vtrum autem vulnus sit lethale Medici & periti chirurgi cognoscunt. Quid si dissentiant? nihilominus in lege Aquilia de occiso percussor tenebitur, quia de dir operam rei illicitæ: sed quoad ordinariam poenam legis Cornelix non tenebitur.

*lib. ad Disp. p. 47
de 1634 fol. 27*

LV.

Aduersus negantem non circumstantiam sed ipsum factum datur hæc actio in duplum, nisi quando contra minorem competit. Duplabitur autem rei æstimatio & omne interesse. Estque duplum ab actore nominatim petendum. Eo enim non petito iudex ex officio condemnationem extendere ad illud non debet.

*lib. 3. c. 1. 35 f. 4
de 1634 fol. 27
5.
2. 35 f. 50.*

LVI.

Si pluries vno eodemque impetu quis percusserit Titium, plura committit delicta, non vnum, quando statutum pro qualibet percussione poenam constituit. Ac de iure Saxon. vulnera certam habent poenam.

*lib. 3. c. 1. 35
f. 57.*

LVI.

De his qui effud. vel dejec. actio illo casu merè pænalis & popularis est, cum liber homo occisus est: ideo introducta, quia interest Reip. vias publicas securas esse. Quæ ratio est, quod dominus territorij, etiam de iure Sax. tenetur deprædato resarcire rapinam in territorio suo commissam. Non verò admittitur viator juramento eam probare volens.

De his qui deiec.



lib 3 ct
41 ff

De noxal.
act.

LIIX.

Noxales actiones etiam contra bonæ fidei pos-
sessorem dantur. Contra dominum, qui seruum
deposuit, aut pignori dedit non aliter dantur, nisi
copiam habeat recuperandi hominis, hoc est, si pe-
cuniam habeat, ex qua liberari potest.

LIX.

Vnde sequitur, prospectu pietatis à matre cro-
gationem videri factam, si filius ex patrimonij redi-
tibus non habet, vnde se sustentet, licet ex venditio-
ne rerum suarum id facere possit. Vnde & illud
colligitur, pauperem dici, qui possessionibus qui-
dem, sed numerata pecunia instru-
ctus non est.



Corollæ



Corollaria.

I.

Fœmina principatum gerere potest.

II.

Pupillus nec ex dispensatione Principis ad officium publicum admittitur: necq̄ ita eligi potest, vt post pubertatem officium exerceat.

III.

Dispositio l. si quis maior C. de transact. in omni contractu qualitercunq̄ jurato procedit, & locū habet in viro & fœmina: dummodo sit maior. Pœnæ vero d. l. ipso iure imponuntur, nec purgatio moræ admittitur.

IV.

Sanguis ex vulnere interfecti erumpens, præsentē eo qui reus homicidij postulatur, ad torturam reo imponendam non sufficit.

V.

Vtrū reus in delictis capitalibus sub iuris iurandi fide interrogari possit, videbimus.

F I N I S.

Corollaria

Locum principatum gerere potest.

Legatus nec ex delegatione Principis
ad officium publicum admittitur: nec in
eius officio, ut hodie dicitur officium
exercet.

Dispositio in quibus minor de iudicibus
omni contra in publico officio proce-
dit. Sed non habet in viro. In iudicibus
de maior. Per vero d. iudice impo-
nunt nec purgatio non admittit.

Sanctus ex vi hinc interdicti criminis
patente coram reus homicidii possunt
ad torturam eo impetrandam iudice.

Verus in delictis capitalibus sub iuris
interdicti hinc interrogari possit, videtur.

FINIS



Kc 3192

8^o


(X2217985)


VO 12

MC







Disputatio X.
E P A V P E R I E
ET DAMNO INIVRIA
D A T O
De his qui deiec. vel effud. & de
noxal act.
Q V A M
Deo benè fauente
P R Æ S I D E
Artolpho Fomanno V.I.D.
& P.P.P. in inclyta Salana
Ad XV. Septembris
Publicè examinandam proponit, & propugnare
conabitur
Ioannes Lobhartzberger Glacensis
Sil.

I E N Æ
Imprimebat Tobias Steinman,
Anno c1c 1b IC.

